

ditoris, qui dedit cambio; per ea, quæ dixi in seq. limit. secus etiam, quoad contractum cambij, initum inter eum, qui dedit, & qui accepit cambio, quia quoad contractum indistinctè procedit conclusio, firmata supra num. 447.

451 **L**imita secundo quoad reuocandum eum, qui est adiectus litteris cambij gratia creditoris tantum, vel gratia debitoris tantum, quia, cuius gratia est adiectus, is potest, re integra, reuocare, vt secutus sum infra gl. 7. num. 80.

Diutius in huius gl. quàm in aliarum materia volui insistere, & quasi lento, & non

## §. 2. Glos. 6.

*Per quæstia prima.*

**S V M M A R I V M.**

*Mercatorum stylus in litterarum cambij scriptura est concisus, num. 1.*

*Littera cambij quot pro unico cambio scribantur, num. 2. Et quare plures scribantur, nu. 3.*

1 **V A E R O I.** quid significant ista verba, per quæstia prima, præsertim, cum substantiuo careant? Respondeo, quod significant pluralitatem litterarum datarum, aut forsan dandarum, & inter eas, has esse in ordine primas; nam illud substantiuum, *littera*, de conciso mercatorum stylo, breuitati studentium, vti subintellectum, ideoque non necessarium, omittitur, maximè cum sequatur illa qualitas, *de cambio*, sunt tamen aliqui mercatores, qui, omissa hac forma scribendi, per quæstia prima, secunda, & faciendo etiam plures litteras, dicunt, *pagate una sol volta*.

2 **Q V A E R O** secundo, quot creditor, cui solutio facienda erit, dari debeant litteræ cambij?

Respondeo, de istis litteris faciendis non esse determinatum certum numerum; quia earum pluralitas debitori, eas facienti, non nocet, & creditorem, cui facienda est solu-

currenti procedere gradu, memor vulgaris dicti, cuius meminit etiam Rot. Genuen. decis. 1. sub num. 37. *al pagar non esser corrente*; cuius tamen dicti obseruantia, sicut est laudabilis, quando debitum vel non est clarum, velabilitas personæ, cui solueretur, esset dubia; ita ex opposito, quando debitum est clarum, & is, cui soluitur, rectè soluitur, est apud spectatæ fidei viros vituperabilis, inter Christianos sinceræ religionis peccaminosa, & apud omnes condemnabilis, si ex inexcusabili mora procedat, creditorque sit nociua, quia tunc tardè soluens, minus debito solueret.

releuaret ab onere probandi cambium, si primæ, aut secundæ perderentur litteræ; dixi, quod facienti non nocet, quia, vnica litteris præsentatis, reliquæ nullam habent vim.

Vfus tamen inualuit, vt soleant fieri tres litteræ, Bal. conf. 348. factæ fuerunt, sub nu. 3. versus finem, ibi, præterea dicit, lib. 1. & solent etiam fieri quatuor, vel quinque, & omnes fiunt sub vnica verborum formalitate, vt dixi §. præced. q. 5. sub num. 44. vers. aduerte secundo. & nu. 73. & 74. vbi videas; & ita intelligas, quod scribit Io. Azor. de instit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de camb. q. 4. dicens, quod solent binæ litteræ mitti, vt si fortè primæ perierint, secundæ perueniant; nam, vt dixi, possunt fieri plures, & non omnes mittuntur eodem tempore, sed dantur ei, qui est creditor litterarum, vt si primæ, quas miserit, perirent, mittat postea secundas.

3 **Q V A E R O** tertio, ad quid fiant tot litteræ cambij de eodem contractu cambij?

Respondeo, fieri principaliter, ne fides cambij contracti pereat, & secundario, ne creditor, amissis, seu interceptis primis, vel secundis litteris, cogatur redire ad debitorem, qui alias faciat; vt innui etiam num. præced. sicut enim notarius ex instrumento originali, penes se existente, potest, & debet partibus petentibus dare plures copias, vt secutus sum in meo tract. de iudic. caus. & c. lib. 2. cap. 11. num. 527. & 538. ita etiam qui accipit cambio, potest, & debet petenti dare plures litteras, quia omnes sunt veluti copiarum authenticarum primarum litterarum; & qui plures petit, consultò agit, quia aut de contra-

Et cambij constat per publicum instrumen-  
tum, & tunc quamuis creditor, etiam litte-  
ris cambij amissis, sit cautus de cambio, ni-  
hilominus, ad euitandos labores faciendi  
fieri alias litteras, cautè alias ab initio eo-  
dem tempore facit fieri: aut constat ex li-  
brismet ipsius debitoris, & tunc similiter  
cautius ager, habendo plures litteras: aut  
constat solum per ipsas litteras, & tunc cau-  
tissimè facit; imò isto casu, & omni alio, quo  
de cambio non extaret publicum documen-

tum, debet semper penes se habere plures  
litteras, vt, vnicis perditis litteris, aliæ non  
deficiant.

De litteris cambij, an indistinctè obliget,  
scripsi in gl. præced. num. 450. & infra gl. 9.  
num. 6. & 7. Litteris cambij amissis, quid  
agendum, dixi gl. præced. num. 348. & seqq.  
De alijs quæstionibus, ad litteras cambij  
pertinentibus, scripsi ead. glos. præced. ideo  
hic non repeto.

## §. 2. Glos. 7.

à Francesco.

S V M M A R I V M.

Litteræ cambij cui sint soluenda, num. 1.  
Adiecto solutioni litterarum cambij rectè solui-  
tur, num. 2. 1sq; actione mandati tenetur re-  
stituere, quod sibi fuit solutum, num. 38.  
Soluens adiecto de mandato debitoris, habet actio-  
nem mandati contra debitorem, sub num. 3.  
Soluendo liberat debitorem, num. 4. & 36. Li-  
beratq; ipso iure, eod. num. 36.  
Adiectus solutioni litterarum cambij, an possit pro-  
testari litteras, &c. n. 6. sub nu. 7. 50. & seqq.  
Adiectus solutioni non potest in iudicio cogere de-  
bitorem ad soluendum, num. 39. & 40. Am-  
pliatur primo, etiam si adiectus haberet penes  
se scripturam debiti, num. 41. Etiam si stipu-  
latoris interfit, vt soluat adiecto, num. 42.  
Et etiam si adiectus ageret procuratorio no-  
mine, nu. 43. Et quid, si probaret, scripturam,  
in qua est adiectus, fuisse sibi à stipulatore  
traditam, num. 44. & seqq. Ampliatur secun-  
do, vt neque possit protestari litteras proprio  
nomine, num. 47. Secus si protestetur nomine  
stipulatoris, num. 48. Limitatur primo, quan-  
do adiectus esset etiam procurator stipulato-  
ris, quia tunc posset debitorem cogere ad sol-  
uendum, num. 53. Idem, si ei essent cessæ actio-  
nes, siue esset factus procurator in rem pro-  
prium, num. 54. Limitatur secundo, quando  
debitorem apodissa obligauit, se soluturum cui-  
cunque illam exhibuerit, num. 55. & seqq. &  
num. 60. Reiecta opinione contraria, nu. 59.  
Extenditurq; hæc limitatio, etiam si adiectus  
non probet, apodissam fuisse sibi traditam à  
creditoribus, num. 60. 61. & 65. Reiecta opinione

contraria, num. 62. & seqq. Et etiam si non sit  
nominatus in scriptura, sub nu. 65. Sed an ad-  
huc debeat is agere nomine procuratorio, num.  
66. Limitatur tertio in adiecto solutioni litte-  
rarum cambij, quia is potest protestari, &  
agere in iudicio, &c. num. 67. & seqq. Con-  
trarium, quòd non possit agere, nu. 73. & 74.  
Restrigitur hoc contrarium in duobus casi-  
bus, in quibus poterit agere, num. 75. & 76.  
Adiecto solutioni nulla acquiritur obligatio, &  
qui dicatur adiectus, sub num. 8.  
Adiecti usus est valde utilis mercatura, sub  
num. 33.  
Adiectus fit per alternatiuam, & non per copu-  
lam, sub num. 35.  
Adiectus solutioni, ne frustra sit adiectus, debet  
posse solutionem recipere, num. 32. & 33.  
Reuocare solutioni adiectum, seu procuratorem,  
an, & quando liceat, num. 77. & seqq.  
Adiectus solutioni, cuius gratia censeatur in dubio  
adiectus, num. 79. & 80.  
Stipulari alteri nemo potest ex regula, sub nu. 8.  
& seqq. Restrigitur hæc regula, sub nu. 11.  
& seqq. sub num. 17. 20. & seqq. Declara-  
turq; restrictio, num. 18. & seqq.  
Notarius potest stipulari pro alio, sub num. 11.  
vers. restringe. Potestque stipulari pro alio,  
etiam si iste alius sit inhabilis ad stipulandum,  
ideoq; potest stipulari pro pupillo, num. 12. Pro  
infante, num. 13. Pro non nato, num. 14. Pro  
absente, num. 15. Et pro quouis alio, num. 16.  
Declaratur quando notarij stipulatio sufficiat  
ad validitatem stipulationis, & quando non,  
nu. 18. & 19. Et ex notarij stipulatione acqui-  
ritur actio sine cessione, num. 31.  
Notarius in actu stipulationis pro alio reputatur  
seruus illius, pro quo stipulatur, cum sit per-  
sona publica, num. 17. in fine.  
Stipulari quisque potest pro alio, idest, nomine  
alterius, num. 20. Declaratur primo, vt sti-  
pulans

pulans pro alio, acquirat obligationem naturalem, num. 21. & seqq. Declaratur secundo, ut acquirat sibi, & non illi, pro quo stipulatur, num. 25. Declaratur tertio, ut possit stipulari pro alio, concipiendo verba obligatoria in personam ipsius stipulantis, secus si conciperet in personam illius, pro quo stipulatur, num. 26. Declaratur quarto, ut quamuis obligatio naturalis acquiratur stipulanti, tamen effectus pertinent ad eum, pro quo est facta stipulatio, num. 27. Ideoq; stipulator potest illi naturalem obligationem cedere, num. 30. Imò tenetur cedere, num. 28. Qui sint effectus huius naturalis obligationis, num. 29. & 30.

Stipulatio est inuenta, ut stipulans acquirat, quod sua interest, unde inutilis est stipulatio, si stipulantis non interfit, sub num. 9.

Stipulari potest pro nobis, qui nostro iuri subiectus est, sub num. 17.

Stipulatio copulatiua pro se, & adiecto, licet sit nulla quoad adiectum, tamen remanet valida quoad stipulatorem, num. 34. & 35.

Ius accrescendi non habet locum in contractibus, sed habet locum ius non decrescendi, num. 35.

Vtile per inutile non vitiatur, num. 35.

Procurator ad recipiendam solutionem quid possit facere, num. 49. Et quid procurator ad exigendum, num. 58.

Obligatio non potest nobis arquiri, nisi per personam, quæ nostro iuri subiecta sit, num. 10.

Quare ab his, qui sub nostra potestate non sunt, nobis acquiri non potest, num. 17.

Solvere proprio creditori, vel solvere alteri de creditoris voluntate, paria sunt, num. 37.

Mandatarius debitoris non cogitur acceptare litteras mandatoris, num. 5.



**I.** V A E R O I. an litteræ cambij sint necessariò soluendæ ipsimet creditori, qui dedit cambio, prout soluendas esse coniecturare quis posset ex formula istarum litterarum, dum mandant, solui Francisco, quem creditorem esse litterarum cambij patet per illa verba sequentia, *per la valuta di contanti da lui*, quarum litterarum formulam habes integram supra hoc eodem §. gl. I. initio.

Respondeo, quòd non, sed erunt soluendæ, vel ipsi, vel ei, cui creditor, & debitor in litteris concordauerint; quare si litteræ sol-

uendæ sint sibi ipsi, ipsius nomen erit ponendum in litteris, sin minus, ponendum erit nomen illius, cui solui debent, ut latius aduertit §. præced. q. 5. num. 75. & 76.

2 Quæro secundo, an debitor litterarum cambij, seu eius procurator debeat solvere adiecto solutioni litterarum absque eo, quòd adiectus doceat de mandato speciali ad exigendum?

Respondeo, quòd potest ei solvere, & soluendo, rectè soluit, ut dixi infra nu. 36. vers. secundus. sed iudicialiter, & inuitus ab adiecto sine sufficienti, & speciali mandato ad lites, cogi non potest, per ea, quæ dixi infra num. 39. vers. tertius.

Pro absoluta tamen huius respõsionis intelligentia, & pro multarum difficultatum, quæ circa hanc respõsionem possent oriri, resolutione, distinguo in primis duas litterarum formulas.

3 Prima formula est, quando scribens litteras cambij, non committit sibi ipsi, ut eas soluat, sed committit alteri, ut in tenore litterarum, quas glossamus in hoc secundo §. & solutio est facienda non Francisco, qui dedit cambio pecunias, sed est facienda Seio, qui dicitur adiectus, & veluti mandatarius ipsius Francisci, ut dixi §. præced. q. 5. nu. 75. hæc q; formula propriè conuenit cambio, & est in frequenti usu: & in hac formula adhibeo quatuor inspectiones. Prima inspectio est, an procurator, seu mandatarius debitoris, soluendo Seio adiecto, rectè soluat quo ad obligandum debitorem mandantem; & in hac inspectione nulla cadit dubitatio, quòd rectè soluat, quia seruat mandatum, & consequenter mandans obligatur ei actione mandati, siue hic adiectus, cui soluit, habeat mandatum ad exigendum, siue non.

4 † Secunda inspectio est, an rectè soluat, quo ad liberandum ipsum debitorem mandantem ab obligatione, & debito, quo tenebatur creditori; & similiter dico, quòd rectè soluit, ex quò adiecto rectè soluitur, ut secutus sum infra num. 36. † Tertia inspectio est, nunquid Franciscus, qui est creditor, seu eius mandatarius, qui est Seius, & qui dicitur adiectus solutioni, possit agere contra mandatarium debitoris, ut acceptet, & soluat litteras; & concludo sine vllò initio dubitandi, quòd non, quia mandatarius debitoris non est aliquo modo obligatus, & ideo, an velit, vel nolit solvere, pendet à mera eius voluntate. † Quarta inspectio est, an

5 adiectus

adiectus solutioni, mandatario debitoris ei non solvente, possit protestari litteras contra debitorem, quamuis non habeat mandatum speciale ad exigendum cum clausula ad litteras; & in hac inspectione concludo, quod adiectus potest protestari, vt explicauimus infra num. 48. & 52.

Sed vbi litterę redierint protestatę ad Ciuitatem, in qua fuit contractum cambium, nunquid adiectus solutioni possit ibi conuenire debitorem ad soluendum, vide infra num. 67. & seqq. num. 74. & seqq.

7 Secunda formula litterarum est, quando debitor cambij scribit litteras sibi met, vt eas soluat, cum velit ipse accedere ad nundinas, vt dixi §. præced. q. 5. sub num. 75. & infra §. 6. gl. 1. sub num. 2.

Et licet ista formula videatur exorbitans à natura omnium litterarum, & ideo etiam à natura litterarum cambij; siquidem litterę sunt scribendę alteri personę, quàm sibi ipsi, quia scribere ad se ipsum videtur quid stultum, per ea, quę dixi d. gl. 1. sub num. 2. tamen demus hanc formulam, quia in effectu ea vtuntur negotiatores cambiorum, sed, vt euitent exorbitantiam, fingunt duas personas eiusdem nominis, vt dixi d. §. 6. gl. 1. num. 89. & 90. quare demus, quod illę litterę ad se ipsum resoluantur effectiuè in apodissa, cum obligatione soluendi tertio, adiecto in solutione: & in ista formula non habent locum prima, & tertia inspectio, de quibus in præcedenti formula, sub num. 3. & 5. sed habet locum quarta inspectio, de qua num. 6. nunquid scilicet adiectus, debitore non solvente, possit protestari litteras, seu contra ipsum agere ad solutionem; & concludo idem, quod conclusi in quarta inspectione supra num. 6.

8 Verum pro intelligentia materię adiecti, & pro firmiori eiusdem conclusionis doctrina, & resolutione, altius exordiendo, distinguo tres articulos.

Primus articulus, quem pro maiori totius materię intelligentia præmitto, est, qui nam dicatur adiectus, & quare quis dicatur adiectus solutioni, & non obligationi?

In hoc articulo, omiſſis descriptionibus, seu definitionibus, quas tradunt Ias. & Stracch. qui eum citat tract. de adiect. par. 1. num. 29. & sub num. 31. tom. 6. par. 1. fol. 384. facio duas conclusiones; de prima nunc, & de secunda infra num. 32.

Primo concludo, adiectum solutioni dici

eum, cui ex contractu, seu stipulatione, in qua est adiectus, nulla acquiritur obligatio; quia nemo potest alteri stipulari, l. 38. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. oblig. & §. alteri. Instit. de inut. stipulat. & hanc esse regulam receptissimam, & omnibus notissimam, scribit Tiraq. tract. de iur. constit. possess. limit. 30. sub num. 15. vers. in hac tam magna. fol. 192. quem sequitur Stracch. d. par. 1. sub num. 16. & esse regulam vulgarem, scribit, & ampliationibus exornat Mantic. tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 27. num. 1. & ante eum copiosè Gabr. in concl. lib. 3. tit. de verb. oblig. concl. 1. nu. 1.

9 & seqq. † stipulatio enim, & obligatio sunt inuentę, vt vnus quisque acquirat sibi, quod sua interest, alias, si sua non interest, inutilis debet esse stipulatio, dictis §§. alteri. supra citatis, Couar. in cap. quamuis. par. 2. §. 4. sub num. 2. de pact. in 6. & Mantic. d. lib. 14. tit. 28. sub num. 47. vers. tertio accedit. † vnde succedit alia iuris regula, quod per liberam personam, quę iuri nostro subiecta non sit, nulla potest nobis acquiri obligatio; nam cum acquisitio, quę fit per stipulationem, sit artificialis, non debet ei superaddi hoc aliud artificium, vt factum vnus reputetur factum alterius, quia esset multiplicare fictiones, vt sequitur Stracch. d. par. 1. num. 16. & 17. fol. 383. & 384.

11 Hęc conclusio plures admittit restrictiones, de quibus Bar. Paul. de Castr. Alex. Ias. & alij, in d. l. 38. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & Mantic. d. lib. 14. tit. 28. num. 1. & seqq. vbi eas cumulat vsque ad quatuordecim: ego vnā, quę est in frequenti vsu, ideoq; insignior, persequar.

Restringe igitur hanc conclusionem, vt non procedat in notario, quia ipse potest validè stipulari pro alio, Bar. in d. l. 38. stipulatio ista. §. si stipuler alicui. sub num. 3. vers. & dicit. fallen. 3. & Paul. de Castr. in d. §. alteri. sub num. 6. fall. 1. Gabr. d. concl. 1. limit.

12 17. num. 95. † etiam pro inhabili ad contrahendum, & sic pro pupillo, Tiraq. tract. de iure constit. possess. limit. 30. num. 16. vers. sunt tamen. num. 23. 27. 29. & 30. in quibus duobus num. vlt. loquitur in pupillo, & probatur, ex l. 2. 3. & 4. ff. rem pupill. salu. for. nam in illis iuribus disponitur, quod si pupillus sit absens, vel dari non possit, seruus eius stipulabitur, &c. † potest etiam stipulari pro infante, Tiraq. d. num. 29. & 30. pro im-

14 pubere, Tiraq. ibidem num. 31. † & pro non-

- dum natis, sed nascituris, Mantic. d. lib. 14. tit. 26. num. 9. in 3. extens. licet Bar. & Ias. quos allegat, loquantur in patre, seu
- 15 auo, & non in notario; † & potest notarius stipulari pro absente indistinctè, vt indistin-
- 16 ctè loquitur Tiraq. d. num. 23. † & demum potest stipulari pro quibusuis, nullo ætatis discrimine considerato; & ita seruari de consuetudine per totam Italiam, refert, & sequitur d. limit. 30. num. 45. & 46. & quòd hæc sit recepta sententia, & crebrior, & à consuetudine in tantum approbata, vt rectè de ea dubitari non possit, scribit Stracch. tract. de adiect. par. 4. q. 11. num. 1. tom. 6. par. 1. fol. 402.
- 17 Ratio huius restrictionis est, quia sicut per eos, qui sunt sub nostra potestate, acquirimus, Instit. per quas pers. nob. acquir. ita etiam ij, qui sub nostra patria, vel dominica potestate sunt, nobis stipulari possunt, d. l. 38. stipulatio ista. §. alteri. & ibi Paul. de Castr. num. 6. vers. & recollige istam. ff. de verb. oblig. sed notarius in hoc, vti publica persona, reputatur seruus illius, pro quo stipulatur. Ergo.
- 18 Declara hanc restrictionem, vt os notarij reputetur pro ore illorum, qui per se stipulari non possunt, vt puta, quia nondum sunt nati, vel quia sunt infantes, qui dari non possunt, vel quia sunt absentes, qui stipulari non possunt, vel quia sunt pupilli, aut minores, qui stipulari nesciunt, sicq; notarius representat solum loquelam, & os istorum, qui carèt loquela, & cõsequenter notarij stipulatio operatur solum effectum, quem operaretur propria stipulatio istorum inhabilium, supposito pro possibili, quòd non natus, & infans possent dari, & quòd absens esset præfens, sed alium effectum non potest operari;
- 19 † quare si isti infantes possent dari, absentesq; essent præfentes, & stipularentur rem, nostro commercio non subiectam, & ideo stipulatio esset inutilis, vtique eque esset inutilis, si pro eis stipularetur notarius; & proinde si daremus legem, quæ aliquo casu in stipulatione minoris requireret certam solemnitatem, etiam pro re, quæ minori esset utilis, vtique stipulatio notarij sine illa certa solemnitate esset inutilis; quia, vt dixi, notarius non facit aliud, quàm representare personam, & loquelam illius personæ, & sicut agens non agit, nisi in subiecto, benè disposito, vt ex Philos. 2. de anim. sequitur Bal. in cap. sim. de vit. & honest. cleric. & ex eo Troy. Malu.
- tract. de canoniz. sanct. dub. 3. num. 72. tom. 14. fol. 102. & probatur ex l. 2. in fine, ff. de stat. homin. & subiectum non potest dici benè dispositum, quando lex illi resistit: ita etiam notarius, qui est quodam agens, non potest stipulari in casu, quo lex resistit stipulationi.
- 20 Extende eandem restrictionem, sic declaratam, vt non solum notarius possit stipulari pro alio, sed etiam quilibet alius, sed cum minori effectu, per ea, quæ scribit Surd. decis. 229. verum est. sub num. 12. vers. nec obstat. & num. 13. & nos explicamus in seqq. declar.
- 21 Declara primo hanc extensionem, vt procedat, quo ad obligationem naturalem, quia alter, alteri stipulando, acquirit sibi naturalem obligationem tantum, Gl. in l. 38. stipulatio ista. §. alteri. in verbo, nihil interest. quam ibi sequuntur Bar. num. 8. vers. quæro an ex tali. Alex. sub num. 7. ibi, ego teneo opinionem gl. & Ias. num. 20. vers. in gl. in verbo, interest. ff. de verb. oblig. Couar. in cap. quamuis. par. 2. §. 4. sub num. 2. de pact. in 6. vol. 1. fol. 347. & Mantic. tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 28. num. 47. vers. vndecimo. & seqq. & hanc esse communem opinionem testantur, & sequuntur Alex. Ias. Couar. & Mantic. quam à contrarijs defendunt Alex. & Ias. in locis supra proximè citatis.
- 22 Ratio huius declarationis potest assignari duplex.
- Prima, quia ius ciuile, dum statuit, neminem posse alteri stipulari, fundatur in eo, quòd stipulatio ad hoc sit inuenta, vt vnus quisque acquirat, quod sua interest, vt scripsi supra sub num. 8. vers. primo concludo. & num. 9. Sed istud fundamentum deficit in iure naturali, quia ius naturale in pactis, & conuentionibus non respicit aliud, nisi, vt fides data seruetur, Couar. d. §. 4. sub num. 2. & Mantic. d. tit. 28. sub num. 47. vers. tertio accedit. Ergo.
- 23 Secunda quia, cum lex non assistat, neque resistat stipulationi, quam vnus facit alteri, Alex. & Ias. in locis supra proximè citatis, remanet ex illa stipulatione consensus duorum, ex quo consensu oritur obligatio naturalis, l. 5. in his. §. imperator. & l. 95. stichum. §. naturalis. ff. de solut. Alex. & Ias. supra citati. † Quòd autem lex non resistat, probatur ex eo, quòd stipulatio alteri per alterum facta est valida, apposita poena, &
- tamen

tamen si stipulatio prædicta esset contra legem, minimè valeret adiectio pœnæ, quia, ubi principalis contractus est nullus, & legi contrarius, etiam pœnæ appositione non tenet, Couar. d. §. 4. num. 3. & 4. & quod iure non tenet, nequit pœnæ vinculo alligari, testibus ijs, quos secutus sum in meo tract. de iudic. caus. lib. 1. cap. 57. num. 6. & quòd lex non assistat, patet, quia non assistit ratio, quam sectatur lex, videlicet, quòd stipulatio sit inuenta, vt quisque acquirat, quod sua interest, Bar. in d. §. alteri. sub num. 4. ibi, sed legis ratio non assistit. & hæc non assistentia rationis patet ex prima ratione, posita supra num. præced.

25 Declara secundo, vt obligatio naturalis, quam supra num. 21. diximus acquiri ex alterius stipulatione, acquiratur non illi tertio, pro quo stipulans stipulatur, sed ipsi stipulatori, Alex. in d. l. 38. stipulatio ista. §. alteri. sub num. 7. dicens (aut quæritur, an naturalis obligatio acquiratur stipulanti, & dico, quòd sic; aut quæritur, an acquiratur ei, cui stipulatus sum, & dico, quòd non) & Ias. sub nu. 20. ff. de verb. oblig. dicens, communem esse sententiam, quòd ex stipulatione, facta alteri, oritur naturalis obligatio ipsi stipulanti, & sentit Mantic. quem retuli num. seq.

26 Declara tertio, vt extensio procedat, quando verba obligatoria stipulationis concipiuntur in personam stipulantis, quia tunc oritur obligatio naturalis, de qua locutus sum supra num. 21. & seqq. vt puta; cum stipulationem sic concipio: *promittis mihi, quòd dabis Titio centum*; secus quando verba obligatoria stipulationis concipiuntur in personam tertij, vt puta, *promittis Titio, quòd dabis ei centum*, quia ista stipulatio est prorsus inutilis, Alex. d. §. alteri. num. 7. versus finem, & Ias. sub num. 20. Bar. in d. l. 38. stipulatio ista. §. si stipuler alteri. initio, & num. 1. dicens, stipulationem esse validam, si verba promissionis conferantur in personam stipulatoris, & verba executiua in personam alterius, etiam quòd ipsius stipulatoris nõ interfit; secus si verba promissionis, & executionis, vel promissionis tantum dirigantur in absentem, quia tunc, inquit, stipulatio est nulla, Gabr. in conclus. lib. 3. tit. de verb. oblig. concl. 1. ampl. 12. n. 19. & 65. dicens, etiam naturalem obligationem non oriri, quando verba obligatiua, & executiua conferuntur in tertium, Couar. in cap. quamuis.

par. 2. §. 4. sub num. 9. vers. nono præmittendum. de pact. in 6. dicens, quòd si verba ipsius promissionis non dirigantur in præsentem, stipulatio esset reprobanda; subdens, quòd Iurisperitorum auctoritates sunt intellectæ, vt loquantur, quando verba promissionis diriguntur in præsentem, executionis autem in absentem, Mantic. tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 28. num. 50. dicens, quòd in primo casu constat, me stipulantem voluisse mihi obligare promissorem, Surd. decis. 229. verum est. num. 13. in fine, & num. 14. dicens, quòd etsi alteri stipulari regulariter nemo possit, tamen, inquit, hoc fallit, quando non solum obligatiua, & promissiua, sed etiam executiua verba diriguntur in personam stipulantis; quia tunc, inquit, actio & obligatio stipulanti acquiritur; & loquitur Surd. non de obligatione naturali, sed de obligatione simpliciter.

27 Declara quarto, vt quamuis obligatio naturalis acquiratur stipulatori, vt dixi, tamen effectus huius naturalis obligationis pertinet ad tertium, ad cuius vtilitatem videtur facta stipulatio, Bar. in d. l. 38. stipulatio ista. §. alteri. sub num. 8. ff. de verb. oblig. dum ait, non est obligatus mihi naturaliter ad decem, sed est obligatus dare illi tertio, & sic pecunia non est mihi debita, & Couar. cuius verba in substantialibus retuli nu. præcedenti, & sentiunt Ias. & Surd. citati num. 28 seqq. † Quapropter stipulator posset illi tertio cedere hanc naturalem obligationem, Ias. in d. §. alteri. sub num. 20. versus finem.

29 Imò secundum ea, quæ scribit Surd. d. decis. 229. sub num. 14. ista vtilitas contractus, & stipulationis in tantum pertinet ad tertium, & non ad stipulantem, vt stipulans teneatur actionem illam cedere illi tertio, pro quo stipulatus est, & ad cedendum cogatur actione mandati, si sit procurator illius tertij, vel actione negotiorum gestorum, si non sit illius procurator.

30 Infero primo ex his declarationibus, quòd stipulans, si ad eius manus perueniret res, per stipulationem promissa, posset, attenta naturali obligatione, illam retinere, vt daret eam tertio, ad cuius vtilitatem stipulatus est, Ias. in d. §. alteri. sub num. 20. ibi, huic fundamento respondeo. & promissor, qui est dominus illius rei, si per errorem iuris illam stipulanti dedisset, non posset, stante naturali obligatione, eam, quasi indebitam, repetere, Mantic. tractat. de tacit. & ambig.

- big. conuention. lib. 14. tit. 28. num. 49.
- 30 Infero secundo, quod cum stipulator possit, seu teneatur illi tertio cedere hanc naturalem obligationem, vt dixi supra nu. 28. & 29. ille tertius, stante cessione, posset compensare, & retinere contra promissorem, qui propterea ab eo vti indebitum repetere non posset, stante naturali obligatione.
- 31 Subdeclara, quod supra num. 27. in 4. declaratione, & in hac secunda illatione dixi de cessione, facienda illi tertio, pro quo est facta stipulatio, vt non procedat in stipulatione notarij; quia ex illa stipulatione quaeritur actio sine alia cessione illi, pro quo notarius est stipulatus, Surd. d. decis. 229. nu. 16. in fine, & num. 17.
- Reliquas restrictiones, procedentes ex iure canonico, & ex iuramento, ne nimis peregre proficiscar, omitto, tu eas poteris videre apud praefatos Doctores. Et haec de prima conclusione, posita supra sub num. 8.
- 32 Secundo concludo, (& est potius ratio primae praecedentis conclusionis, de qua supra d. num. 8.) ideo eum, cui non est acquisita obligatio ex stipulatione, in qua fuit inclusus, censeri adiectum solutioni; quia actus, qui potest stare frustratorius, & non frustratorius, debet in aequa lance semper sumi, ne stet frustratorius; vnde dicimus, verba esse intelligenda in sensu, in quo operantur, & non in sensu, in quo sunt superflua, per ea, quae in alijs terminis secutus sum infra §. 7. gl. 3. num. 19. & 20. sed illa adiectio, quoad acquirendam obligationem, est frustratoria, & inutilis, quia adiectus nullam ex illa stipulatione potest acquirere obligationem, per ea, quae dixi supra sub num. 8. vbi primo concludo. & num. 9. & magis in terminis infra sub num. 39. † & quoad rectam solutionem, vt ei possit solutio recte fieri, est non frustratoria, sed utilis, cum gratia promissoris, & creditoris commodo possit quis solutioni adijci, vel gratia vnus ex ipsis, vt considerat Stracch. d. par. 1. sub num. 30. tom. 6. par. 1. fol. 384. imò fieri hanc adiectionem, magno negotiatorum commodo statutum est, siquidem mercatura vix exerceri posset, si adiecti constitui non possent, Stracch. ead. par. 1. num. 26. in fine, & num. 27. eod. fol. 384. ergo illa adiectio debet remanere in hoc sensu, vt adiecto recte solui possit, prout, ita argumentando, scribit Stracch. d. par. 1. num. 22. & sub num. 26.
- 34 Infero hinc, quod si stipulatio sit utilis
- quoad stipulatorem pro se ipso, non debet vitari propter inutilem stipulationem, conceptam in personam alterius; quare si stipulatus sim mihi, & Titio decem, mihi debentur quinque, sed Titio nihil, §. quod si quis.
- 35 Instit. de inutil. stipul. † quia stipulatio in persona Titij nihil valet, & illa quinque, quae Titius habere non potest, ego, quamuis simus re, & verbis coniuncti, iure accrescendi non acquirō, cum ius accrescendi non habeat locum in contractibus, Stracch. d. par. 1. sub num. 19. & 20. & quod ius accrescendi regulariter non habeat locum in contractibus, scribit, & declarat Socc. cons. 34. vbi renunciatione. num. 6. lib. 4. & quod idcirco non habeat locum in feudo nouo diuisibili, scribunt Zas. tract. de feud. par. 3. nu. 8. fol. 305. & par. 8. num. 43. fol. 313. Curt. lun. eod. tractat. in 3. par. 2. par. princip. num. 70. & seqq. fol. 61. & 62. & Clar. in §. feudum. q. 77. initio, & vbi secundo principaliter. & ita intelligas Abb. in cap. vlt. num. 8. de feud. & Ioan. Azor. de instit. moral. par. 3. lib. 10. in fine, cap. vlt. q. 3. Sed super hoc puncto, an ius accrescendi habeat locum in contractibus, vide quae citat Salyc. in l. vnica, q. 10. sub nu. 18. C. quando non petent. Item si stipulatus sim disiunctim mihi decem, & Titio decem, ego habebō decem, & Titius nihil, & illa decem habebō non per ius accrescendi, quia non habet locum in contractibus, vt dixi, sed habebō per ius non decrescendi, quod habet locum in contractibus, Stracch. d. num. 20. sed ego huius illationis rationem facilius dicerem, esse, quia in diuiduis vtile per inutile non vitatur, per ea, quae scripsi §. praecedent. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 59. & ampl. 20. num. 6. & seqq. sed, vt cessent istae difficultates, debet adiectus fieri per alternatiuam, non per copulam, Surd. decis. 229. verum. num. 29. vt puta, quia ego stipuler mihi, aut Titio decem; quo casu stipulatio remanet valida quo ad me, & Titius remanet adiectus solutioni, quia quando alternatiua, vt in casu isto, ponitur inter personas, inter quas actus valere non potest, prout geritur, remanet validus, prout valere potest; Stracch. d. par. 1. nu. 22. & 24. & facit quod scripsi §. praecedenti, quae st. 7. par. 3. limit. 7. num. 11.
- Et haec de primo articulo, posito supra num. 8.
- 36 Secundus articulus est, an debitor, soluendo sua sponte ei, qui est adiectus in literis

teris cambij, liberetur à debito, eo quòd rectè soluat: & concludo affirmatiuè, quia rectè soluit, l. 7. sed etfi filiofam. §. si mihi. ff. de constit. pecun. l. 56. eum qui ita. §. qui sibi. & l. fin. §. pupillus. in fine, ff. de verb. oblig. l. 12. vero procuratori. ff. de solut. & liber. Stracch. tract. de adiect. par. 1. num. 43. & seqq. tom. 6. par. 1. fol. 385. & latè par. 3. tit. quando adiecto solui possit. num. 2. vers. regulariter, & num. 9. & seq. vers. prædicta locum. fol. 389. & liberatur ipso iure, Surd. decis. 229. verum. sub num. 8. hancq; regulam Stracch. vbi supra viginti octo ampliacionibus exornat, & in propria facti specie par. 4. in fine, post q. 15. vers. apud. num. 1. fol. 403. vbi, sequens Baldum, in tantum existimat, adiecto in litteris cambij rectè solui, vt solum dubitet, & firmet, in dubio præsumi negotium pertinere principaliter ad eum, qui numerat pecuniam; & postea ad eandem regulam ead. par. 3. num. 88. & seqq. fol. 393. ponit decem, & nouem limitationes; quas omnes ampliaciones, & limitationes prætereo, quia nostro non inserviunt instituto, & conclusio est satis clara, & in praxi dubitationem non recipit, siue ille adiectus habeat mandatum speciale ad exigendum, siue non habeat.

37 Ratio huius conclusionis est, quia paria sunt, soluere proprio creditori, vel alteri de eius voluntate, l. 11. solutum. §. solutum. ff. de pign. action. l. 23. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrim. & l. 4. nihil interest. C. de solut. Stracch. d. tract. de adiect. par. 1. sub num. 27. fol. 384. & Matth. Coler. tract. de process. execut. par. 2. cap. 2. num. 66. sed adiecto soluitur de voluntate creditoris, quia ipse solutioni eum adiecit: ergo, dum soluitur adiecto, dicitur solui creditori, Matt. Coler. d. cap. 2. nu. 77. † & reputatur procurator creditoris, ideoq; tenetur ei restituere actione mandati, quod solutum est, Paul. de Castr. in l. 3. non utique. §. item iulianus. ibi, sed si soluitur adiecto. ff. de eo quod cer. loc. & quòd sit veluti quidam procurator, secutus sum ex Ias. infra sub num. 77.

39 Tertius articulus est; an debitor non solum rectè soluat adiecto, vt in præced. articulo, sed possit etiam contentioso iudicio inuitus ab eo cogi ad soluendum: & concludo negatiuè, quòd adiectus non potest agere, quia adiecto nulla est acquisita obligatio, l. fin. §. pupillus. in fine, ff. de verb. oblig. quare adiectus non potest agere, l. 7. sed etfi filio-

fam. §. si mihi. ff. de constit. pecun. Glof. in §. planè. in verbo, seio. Instit. de inuril. stipul. Rot. Genuen. decis. 54. vertente. num. 4. vers. secundo dicitur. Flam. Cartar. decis. 126. hæredes. num. 1. & 6. & satis probatur ex his, quæ scripsi supra sub nu. 8. in 1. conclus. & latè prosequitur Stracch. tract. de adiect. par. 1. num. 46. & seqq. iunctis nu. 43. & seqq. tom. 6. par. 1. fol. 385. & cum de hoc sit casus legis, non esse vterius insistendum, scribit Rot. Genuens. vbi sup. † & leges in materia adiecti, seu de adiecto loquentes, remanere incorrectas, scribit Imol. quem sequitur Stracch. d. par. 1. sub nu. 22. fol. 384.

40 Ratio huius conclusionis est, quia, si adiecto nulla est acquisita obligatio, impossibile est, vt habeat actionem, quia generatum sine generante non datur.

41 Amplia primo hanc cõclusionem, vt procedat, etiam si adiectus haberet penes se scripturam, in qua stat adiectus, illamq; in iudicio produceret, quia illa habitio, & productio non sunt apta ad acquirendum obligationem, & consequenter remaneret adiectus, qui nomine proprio non potest agere, per ea, quæ iam firmaui sup. num. 39. & in terminis huius ampliacionis intelligo Cyn. in l. 21. ad probationem. sub num. 3. ibi, iuxta l. istam. C. de probat. dum dicit, quòd licet quis conuenerit mecum, librum, quem penes eum deposui, restituere cuicumque meas litteras deferenti, tamè deferens meas litteras, non potest librum exigere, licet tradens liberetur: intelligo tamen, quòd non potest proprio nomine, secus autem nomine procuratorio, per ea, quæ scripsi infra n. 55.

42 Subamplia primo hanc ampliacionem, vt procedat etiam si intersit eius, cui promissa est restitutio, quia nihilominus portans litteras, non potest proprio nomine exigere, Cyn. vbi supra.

43 Subamplia secundo, vt quis non possit agere, tanquam procurator nomine stipulatoris; quamuis produceret instrumentum illius stipulationis, quia sola existentia scripturarum penes aliquem non probat, illum esse procuratorem, per ea, quæ dixi remissiue infra sub nu. 63. nisi debitor in ipsa scriptura se obligasset soluere cuique scripturam presentaturo, per ea, quæ dixi infra num. 55. & seqq. & sub num. 65. extens. 2.

44 Subamplia tertio, vt quamuis adiectus produceret scripturam, probaretq; scripturam illam fuisse sibi à stipulatore, idest, creditore



ditore traditam; tamen adhuc non posset agere, etiam si vellet agere, tanquam procurator stipulatoris; & moueor, quia licet quis præsumeretur habere sufficiens mandatum ad agendum, eo ipso, quod penes se haberet scripturas, pertinentes ad causam, pro qua vult agere, & probaret, illas sibi traditas esse à principali, vt dixi remissiuè infra nu. 63. tamen hoc est verum, quando illa traditio scripturæ fit personæ, quæ in ipsa scriptura non habeat aliquod nomen, cui illa traditio possit applicari, quia tunc præsumitur ei tradita, vt sit procurator; secus quando traditio scripturæ fit personæ, habenti in ea nomen adiecti, vt in casu nostro, quia tunc illa traditio potest applicari, & correspondere nomini, quod in ea habet, sicq; vt possit à debitore, sponte solvente, exigere, & debitor possit ei tuto soluere.

45 Contraria opinio videtur communis, & seruanda, quia illa traditio habet vim constituendi illum procuratorem, per ea, quæ scripsi infra num. 55. & seqq.

46 Et maximè procedit hæc opinio contraria, quando appareret quo animo stipulator tradidisset, quia tunc adiectus posset vti illa facultate, quam stipulator voluit ei dare, vt secutus sum infra num. 53. & seqq. limit. 1.

47 Amplia secundo, vt sicut adiectus non potest proprio nomine agere ad consequendam solutionem, ita etiam non possit proprio nomine protestari contra debitorem, quamuis habeat penes se scripturas, quia frustratoria est protestatio, quæ protestantis actioni non innititur, & voces, quorum non interest, exaudiri non debent, & protestatio admittitur, vt protestantis ius conferuetur, sed adiectus non habet ius, quia siue soluatur, siue non soluatur, ipsius, vt ipsius, nihil interest; item, prohibito vno, censentur prohibita omnia, quæ ordinantur ad illud, l. 16. oratio. ff. de spons. sed protestatio ordinatur ad instituendam actionem, quæ caret adiectus, vt dixi: ergo.

48 Declara, restringendo istam ampliacionem, vt secus sit, si adiectus protestaretur non nomine proprio, sed nomine stipulatoris; quia isto nomine posset protestari, cum adiectus censeatur procurator ad recipiendam solutionem, per ea, quæ scripsi supra num. 38.

49 Sed procurator, constitutus ad recipiendam solutionem, potest, & debet se præsentare conspectui debitoris, recepturus solu-

tionem, & pro ea debet ipsum extraiudicialiter requirere, faciendo ei fidem, quod habet penes se scripturam, in qua est adiectus; & vbi, his peractis, recuset soluere, debet posse facere ea, per quæ constat, se satisfecisse suo mandato, quia paria essent, non fecisse, vel fecisse, & non posse apparere, se fecisse; ergo debet posse coram testibus, vel per acta publica facere, vt constat, quod non per se, sed per debitorem stetit, quominus solutionem receperit: sed in hoc virtualiter includitur effectus protestationis: ergo, sicut potest protestari procurator, ita potest adiectus.

50 Confirmatur hæc declaratio, quia, loquendo in litteris cambij, adiectus, præsentando litteras cambij illi, in quem est facta tracta, dicitur interpellare, & ideo exinde debitor, vt constitutus in mora, tenetur ad interesse, Rot. Genuen. decis. 30. alias. sub num. 3. vers. secundo dicebant. Si potest interpellare, & constituere in mora; ergo potest, interpellando, protestari, cum protestatio sit de natura, & tanquam accessorium interpellationis, & ita sine vlla dubitatione seruant passim mercatores Genuenses, vt adiectus litterarum solutioni, seu correspondens creditoris, nominatus in litteris cambij, possit in foro Placentiæ protestari litteras cambij, imò tenetur protestari ex dispositione statutorum Genuensium, vt latius scripsi supra gl. 5. nu. 318. & 321. vbi videas.

51 Extende primo hanc declarationem, loquendo in litteris cambij, vt procedat etiam si adiectus non doceret de litteris, quas vocant, *d' auiso*, quia nihilominus posset protestari litteras nomine stipulatoris.

52 Extende secundo, vt procedat, siue sit adiectus solutioni litterarum, soluendarum ab ipsomet debitore, qui fecit litteras, siue sit adiectus solutioni litterarum, soluendarum à mandatario ipsius debitoris, prout locutus sum num. præced. & supra num. 6. quia vtroque casu poterit absque vlla differentia validè protestari; & de contrario rectè dubitari non potest.

53 Limita primo nunc eandem conclusionem, positam supra num. 39. vt non procedat, quando adiectus esset etiam procurator stipulatoris, quia tunc posset nomine procuratorio petere, & agere contra debitorem iuxta facultatem, sibi in mandato concessam, quod pro bona cautela notat Stracchi tract. de adiect. p. 1. n. 48. tom. 6. p. 1. fol. 385.

54 Seu quando essent ei cessæ actiones, Paris. conf. 107. quæritur. sub num. 5. lib. 3. vel esset factus procurator in rem propriam, sicque esset adiectus suo commo, ita quòd pecunia, seu alia res soluenda esset apud eum remansura, quo casu vtilis actiones in eum dicuntur translatae, Paris. d. conf. 107. num. 30. & seqq. & Flam. Cart. decis. 126. num. 5. & 6. vers. & præterea. & multò magis quando esset ei facta delegatio, Flam. Cart. d. decis. 126. sub num. 3. vers. his non obstantibus. & num. seqq. nam his casibus non sumus in adiectione, sed in cessione, & delegatione: & ideo diligenter est consideranda forma adiectionis, ne sit cessio, aut delegatio, vel alius contractus.

55 Limita secundo illatiuè ex præcedenti, ut non procedat, quando debitor in instrumento, seu apodissa se obligauit soluere creditori, & cuique alij, qui apodissam præsentabit, & adiectus scripturam habeat penes se; eamq; exhibeat in iudicio, quia isto casu potest debitor convenire nomine procuratorio creditoris, & non tanquam adiectus, Rebuff. tract. de litter. obligat. art. 1. glof. 9. num. 33. vers. poterit. tom. 1. fol. 73. Stracch. d. tract. de adiect. par. 4. q. 8. num. 8. & seqq. vers. tertia facti species. fol. 400. & quando is, qui præsentat, esset nominatus in scriptura, prout nos supponimus esse nominatum adiectum, videtur admittere etiam Matth. Coler. tract. de process. execut. par. 2. cap. 2. num. 64. & seqq. vers. vsitatum est. & in terminis sub num. 66. quem latius retuli inf. nu. 57. secus si non sit nominatus, sed solum habeat scripturam, eamq; exhibeat, quia tunc (sed non bene) tenet, eum neque procuratorio nomine esse audiendum, ut notavi inf. nu. 59. & 62. & pro hac eadem limitatione potest allegari Boer. decis. 154. aliud ortum. in fine, num. 9. dicens, in casu huius limitationis non requiri aliud ad probandum, portitorem instrumenti esse procuratorem, iuncto eo, quod dicit nu. 8. & ego hanc limitationem vidi vsu receptam, & seruari in Curia Anthonitana testatur Stracch. d. q. 8. sub num. 10. fol. 400.

56 Huius limitationis casum esse frequentem, & Parisijs ita communiter fieri instrumenta, testantur Boer. d. num. 9. & Rebuff. d. num. 33. & nos passim videmus in Italia, & formula solet sub istis, vel similibus verbis concipi. *Io N. in virtù della presente mi obligo pagare à Titio scudi mille per tante merci compre, & hauute da lui, ouero à chi presen-*

*tarà la presente poliza, & obligo me, &c.* Stracch. d. q. 8. num. 1. fol. 400.

57 Rationem huius limitationis duplicem considerat Matth. Coler. d. cap. 2. num. 66. versus finem: Primam, quia creditor tam sibi, quam cuilibet possessori litterarum obligatiuarum solui stipulatur: Secundam, quia satis dicitur nomen proprium expressum in instrumento, sub nomine portitoris, seu possessoris illius instrumenti: sed vtraque ratio est infirma, quia esto, quòd creditor sit stipulatus portitori, & possessori, tamen ex ista stipulatione nulla est illi acquisita obligatio, ut possit agere, per ea, quæ dixi supra num. 39. vers. tertius. sed solum est adiectus solutioni, ut debitor possit illi rectè soluere, ut firmaui supra num. 36. & seq. in 2. articulo, & ideo esto etiam, quòd eius nomen intelligatur expressum in instrumento, tamen est adiectus, ut dixi, & iura, & Doctores, quos citavi supra d. num. 39. vers. tertius. dum scribunt, adiectum non posse agere, loquuntur de adiecto, cum omnimoda nominis expressione.

Ratio ergo valida erit, quia illa subsequens scripturæ productio, quam faceret adiectus, iuncta præcedenti promissioni de soluendo præsentanti, faceret præsumi, scripturam esse illi traditam à creditore, ut dixi infra num. 61. quæ traditio haberet vim constituendi illum in procuratorem; sicq; de adiecto efficitur procurator.

58 Confirmatur hæc secunda limitatio, quia procurator ad exigendum, potest exigere ab inuito, & sic agere in iudicio contra debitorem, Bar. in l. 86. hoc iure. sub num. 1. & 2. & Paul. de Castr. num. 2. ff. de solut. & de communi testatur Franc. de Pont. conf. 91. nu. 1. & potest agere etiam in iudicio executiuo, Flam. Cart. decis. 92. opponebatur. num. 3. & etiã in iudicio breuiori secundum stat. Gen. lib. 2. cap. 4. de causis breuioribus, in illis verbis, *vel habentis auctoritatem exigendi.*

Sed adiectus, maximè si habeat penes se scripturam, videtur constitutus ad exigendum. ergo.

59 Contrariam opinionem, nempe, quòd exhibens instrumentum, chirographum, seu apodissam, conceptam ut supra, non censetur constitutus procurator, & consequenter non possit agere, tenet Matth. Coler. quem retuli infra num. 62. dum tenet, quòd debeat probare, apodissam fuisse sibi traditam; & pro hac contraria opinione faciunt

illa eadem duo argumenta, quæ deduxi infra num. 63. & 64.

60 Retenta limitatione.

Extende primo eam, ut procedat, quamuis exhibens chirographum, non probet, illud fuisse sibi traditum à creditore, quia adhuc poterit, uti procurator, agere, Rebuff. d. gl. 9. nu. 34. vers. nec requiritur. & Stracch. d. q. 8. num. 8. in ultimis verbis, ibi, verum in proposita, & num. 9. fol. 400.

61 Ratio huius extensionis est, quia, cum apodissa contineat obligationem soluendi cuicunque, qui eam præsentabit, verisimile est, quòd creditor eam cautè custodiat, ne aliquis eam ipsi subtrahat, & exigat à debitore; unde, cum quis eam præsentat, præsumitur, quòd sibi tradita fuerit à creditore, & non quòd eam subtraxerit: & ideo sit etiam cautus notarius, qui haberet penes se eiusmodi instrumentum, ne illius publicam copiam alteri tradat, quàm creditori, seu de eius speciali mandato, quia, tradendo alteri, teneretur creditori ad damnum, & sic ad debitum, quòd alteri fuisset solutum; secus est in alijs scripturis, & apodissis, quæ non continent eiusmodi obligationem, quia, cum in illis non requiratur hæc diligens, & cauta custodia, cessat præsumptio traditionis, & intrat suspicio subtractionis.

62 Contrariam opinionem, nempe, quòd præsentator apodissæ non possit agere, nisi probet, fuisse sibi à creditore traditam, sentit Matth. Coler. d. cap. 2. sub num. 68. dicens, istam esse veniorem, & magis iuridicam opinionem, & ita in specie contra Rebuff. supra citatum, firmat sub num. 74.

63 Confirmatur hæc contraria opinio duplici argumento.

Primo, quia iste adiectus, vel vult agere, uti adiectus, & certum est, quòd non potest, per ea, quæ dixi supra num. 39. in 3. art. & quòd censeatur adiectus, motuat etiam Stracch. d. q. 8. num. 1. vel vult agere, uti procurator, & similiter non potest, quia sola scripturarum existentia penes aliquem tertium, non probata illarum traditione, non probat, illum tertium esse procuratorem in illa causa, sed debet probare, fuisse sibi traditas à domino, ut secutus sum in meo tract. de iudic. caus. & c. lib. 1. cap. 101. num. 35. aliàs, non probata traditione, non diceretur plenè probatum mandatum, ideoq; non admitteretur ad agendum, nisi saltem cum cautione, ut secutus sum sub eodem num.

35. vers. sed quid dicendum.

64 Secundo, quia iste est adiectus, cui traditio scripturæ in omnem casum præsumitur facta citra nomen procuratoris ad lites, ut dixi supra num. 44. ergo nihil releuat, quòd probaret etiam, sibi fuisse traditam.

65 Quicquid possit dici in puncto iuris, non est recedendum ab extensione, quia servatur in praxi, ut dixi supra num. 55. in secunda limitatione.

Extende secundo, ut procedat, etiam si iste adiectus, idest, qui producit scripturam, non sit aliter nominatus in ipsa scriptura, ut quia sit concepta sub forma, de qua supra sub num. 56. quia in ea formula, sicq; in hac ipsa extensione loquuntur Rebuff. Strac. & Boer. quos secutus sum supra num. 55.

Quicquid in contrarium tenuerit Matth. Coler. à me citatus supra sub nu. 55. & 62.

66 Infero ex dictis in hac secunda limitatione, eiusq; extensionibus, quòd præsentans instrumentum, seu aliam scripturam obligatoriam ad favorem alterius, quàm præsentantis, non potest agere proprio nomine, sed debet agere nomine procuratorio, quamuis debitor in scriptura se obligauerit soluturum cuicunque præsentaturo, Rebuff. tract. de litter. obligat. art. 1. gl. 9. num. 33. & 34. tom. 1. fol. 73.

Quicquid aliter sentiat Matth. Coler. tract. de process. execut. par. 2. cap. 2. sub nu. 74. dum sentit, eum, qui habet scripturam penes se, agere nomine proprio.

67 Limita tertio, veniendo ad casum materiæ nostræ, ut non procedat in adiecto solutioni litterarum cambij, quia si debitor mandat alicui absolutè, ut solvat nominato expressim in litteris cambij, & non solvat, potest nominatus in litteris, non solum protestari litteras, ut dixi supra num. 50. vers. confirmatur. sed tenetur eas protestari intra 30. dies, ut dixi supra gl. 5. num. 318. in 2. extens. imò, protestatis litteris, poterit deinde, absolutis nundinis, convenire debitorem in foro debitoris, & ab eo invito exigere, quia non habetur pro adiecto, sed pro principali creditore, aut saltem pro legitimo procuratore ad exigendum, hancq; limitationem multis probamus argumentis.

68 Primo, quia etsi ex formula litterarum cambij nulla appareat promissio, seu obligatio, de soluendo illi, qui est appositus solutioni, tamen subintelligitur, quòd hæc promissio fuerit facta numeranti pecunias,

Bal. d. conf. 349. sub nu. 6. ibi, & nota quòd in hac, quia in dubio negotium præsumitur pertinere principaliter ad eum, qui numerat pecuniam, quia præsumitur pecunia sua, & appositus solutioni, videtur adiectus, tanquam simplex procurator, Bal. sub eod. num. 6. ibi, in dubio autem. Rot. Genuens. decis. 10. hieronymus. sub num. 6. in ultimis verbis, vers. secundo dicebat. & num. 7. & quisque in dubio præsumitur contrahere nomine proprio, l. 4. & magis. ff. de solut. nam si ex istis litteris non resultaret contractus cum promissione, & obligatione, accipiens cambio non posset adstringi ad solutionem.

69 Secundo, quia si quis de alterius mandato promittat soluere Titio, & Titius accipiet promissionem, is, qui promisit soluere, remanet obligatus Titio, & sic inter accipientem cambio, qui est debitor, & dantem, qui est creditor, eo ipso, quòd illa tertia persona accipiat promissionem solutionis, dicitur facta nouatio, & illi tertiæ personæ acquisita actio, vt in alijs terminis consuluit Paris. conf. 107. quæritur. num. 20. & seqq. vsque ad num. 28. inclusiue. lib. 3. quem retuli sup. glos. 5. num. 245. confirmat. 1. & num. 282. in fine.

70 Tertio, quia in cambijs, quæ vocant ex re-ditu nundinarum, vt plurimum ij, quibus nominatim in litteris cambij fieri debet solutio, sunt veri domini pecuniarum & cambij; quare dans tunc cambio, est simplex minister, & adiectus solutioni est dominus; & proinde non mirum, si appositus possit agere sine alia cessione, & sine alio mandato ad exigendum, ita vt, qui dat cambio, possit stipulari tanquam procurator pro domino absente, vel saltem, subsequuta litterarum transmissione, præsumatur facta cessio, cum inter mercatores procedatur ex bono, & æquo, inspecta sola æquitate naturali.

71 Quarto, quia adiectus solutioni litterarum cambij eo animo, vt illi iure dominij sit donatum, seu cessum, vel alio nomine, & titulo in eum translatum ius, & actio cambij, potest agere eo iure, quo iura cambij sunt in eum translata, Stracch. tract. de adiect. par. 4. quæst. 8. num. 2. 5. & seqq. tom. 6. par. 1. fol. 400.

72 Ergo cum ex litteris cambij nascatur obligatio, tanquam ex promissione, vt dixi in primo argumento, & iste contractus cambij habeat naturam nouationis, vt dixi in secundo, & aliquando negotium spectet ad

eum, qui est appositus solutioni, vt dixi in tertio, & sufficiat animus gerentis negotium cambij ad transferendum iura cambij in eum, qui est appositus in litteris cambij, vt dixi in quarto; iuridica videtur hæc tertia limitatio, vt appositus solutioni litterarum, possit petere, & agere.

73 Contrariam opinionem, (nempè, quòd appositus in solutione litterarum cambij non possit agere) tenet Rot. Genuen. decis. 10. hieronymus. sub num. 7. vbi, relato casu, quòd Hieronymus (vti cessionarius Octauiani, cui per litteras cambij erat soluenda remissa pecuniarum, quas Nicolaus dederat cambio Francisco) agebat executiuè contra dictum Franciscum, tenuit, denegandam esse ei executionem, tum quia non constabat de cessione saltem valida, cuius vigore Hieronymus agebat, tum quia sicut Octavianus ipse non potuisset agere, ex quòd erat simpliciter adiectus solutioni, cum pecuniæ data cambio, ipsiq; soluendæ, spectarent ad Nicolaum, ita multò minus potest agere Hieronymus eius cessionarius, quia nemo potest in alium transferre plus iuris, quam ipse habeat.

Comprobatur hæc contraria opinio, quia in effectu contractus cambij est initus cum eo, qui numerauit pecuniam, & is, cui facienda est solutio, remanet, vt simplex adiectus, qui non potest agere, per ea, quæ latè scripsi supra num. 39. in tertio articulo.

74 Quid dicendum in hac controuersia, cum articulus sit difficilis, & obscurus, tum quia hæc limitatio apertè pugnat cum conclusio-ne, firmata d. num. 39. tum quia Bal. d. conf. 348. siue 349. sub num. 6. vers. amplius litteræ. tractans obscure de hoc articulo, in fine dicti num. 6. concludit in his verbis: *volue, & reuolue predicta in cerebro tuo.* & Stracch. tract. de adiect. par. 4. post q. 15. vers. apud. tom. 6. par. 1. fol. 403. transit cum simplici formali relatione huius consilij Baldi, asserendo, quòd hæc materia egeret disputatione, sed propter occupationes se excusat, & quædam citat loca, aliquo modo ad rem facientia, quæ meo iudicio non sunt hoc in puncto allegabilia.

Ego non recederem ab hac contraria opinione.

75 Restringe primo hanc contrariam opinionem, vt non procedat quando adiectus solutioni faceret constare, quòd cambium spectat ad ipsum; quare si ego ex ciuitate Ge-

nuæ per litteras Petri remitterem tibi in foro Placentiæ scutos 100. cum ordine, quòd tu eosdem remitteres mihi Genuam per litteras eius, cui dederis, vt in exemplo litterarum, quas habes §. præced. q. 5. num. 77. vers. magnifico. & tu remittis, ego possum non solum à campfario, cui dedisti cambio, recipere solutionem, sed possum etiam agere contra eum executiuè, cum fecerim constare, quòd cambium spectat ad me.

76 Restringe secūdo, vt non procedat, quando is, cui est mandatum, vt soluat litteras, acceptauit litteras, & promisit eas soluere illi, qui est appositus solutioni, quivè eas præsentauit, quia tunc is poterit agere contra eum, qui acceptauit; imò isto casu is, qui acceptauit, in tantum tenetur soluere illi adiecto, qui eas præsentauit, vt domino litterarum rectè soluere non possit, cum actio pro illo cambio sit quæsitæ illi, qui litteras præsentauit, & mandatum reuocari non possit, Rot. Genuen. decis. 93. nomine. num. 7. in fine, vers. sexto dum negatur. & num. 9. pro hac restrictione facit, quod scripsi supra nu. 69. in secundo præmissio. & sic potest agere nomine proprio, & ita practicatur.

77 Quæro tertio, an mandatum in persona eius, cui litteræ soluendæ sunt, possit creditor, inuito debitore, reuocare, & sic, an possit amouere adiectū solutioni litterarum.

Respondeo, quòd non potest, si est adiectus gratia vtriusque, videlicet tã creditoris, quàm debitoris, Bal. cons. 349. factæ fuerunt. sub num. 2. ibi, imò plus quia si isti essent adiecti. lib. 1. & Stracch. infra citatus, vel gratia debitoris tantum, Stracch. tractat. de adiect. par. 1. sub nu. 29. & 30. tom. 6. par. 1.

## §. 2. Glos. 8.

*Per la valuta de contanti da lui.*

**S V M M A R I V M.**

*Pecuniæ non numeratæ exceptio habet ex regula locum etiam contra litteras cambij, n. 1. & 2. Ampliatur primo hæc regula, etiam si campfarius, seu debitor renunciaffet huic exceptioni, num. 3. Restringitur hæc ampliatio, vt non procedat, si renunciatio fiat ex interuallo, sub eodem num. 3. vers. restringe.*

fol. 384. &, quòd mandatum de soluendo certæ personæ gratia debitoris, non possit à creditore reuocari, scribit Paul. de Castr. in l. 82. si cum cornelius. sub num. 1. ff. de solut. &, quòd adiectus sit, veluti quidam procurator ex conuentione partium ordinatus, qui non possit reuocari, scribit Ias. in l. 3. non utique. §. item iulianus. ante num. 1. ff. de eo quod cer. loc. & ita procedant, quæ generaliter (& ideo comprehendere possunt hunc casum) scripsi supra gl. 5. num. 447.

78 Secus si adiectus esset positus gratia creditoris tantum, quia tunc is, re integra, posset illum reuocare, Stracch. d. par. 1. sub nu. 30. ibi, at vbi creditoris.

79 Declara, vt in dubio adiectus censeatur positus gratia debitoris, & ideo creditor, inuito debitore, eum reuocare non potest, Stracch. d. par. 1. sub eodem num. 30. ibi, nam adiectus.

80 Infero ex hac declaratione, quòd debitor potest, re integra, reuocare mandatum, datum alicui in litteris cambij, vt soluat, & sic potest, re integra, reuocare, & amouere suum mandatariū, qui fuit positus in litteris cambij, gratia ipsius debitoris; nam si hoc potest creditor, vt dixi sup. nu. 78. vers. secus. ergo à fortiori debet posse debitor; quare quando litterarū solutioni est adiectus ipsemet creditor, vt in cambio, quod vocant, cum recursa, cuius litterarum formulam habes §. præcedenti, q. 5. num. 88. tunc debitor potest, re integra, reuocare mandatum, & sic, rescindendo ordinem soluendi sibi ipsemet creditori, potest ipsemet realiter soluere, vt scripsi infra §. 6. gl. 1. num. 70.

*Ampliatur secundo, etiam si campfarius, seu debitor sit obligatus per guarintigiam, num. 4.*

*Limitatur primo eadem regula, vt non procedat quando campfarius esset in litteris cambij confessus numerationem, & quibus verbis dicatur confessus, & quibus non secundum consuetudinem, &c. num. 5. & seqq.*

*Limitatur secundo in Ciuitate Genuæ, vt hæc exceptio non numeratæ pecuniæ non habeat locum in instrumentis publicis, & scripturis, &c. num. 9.*

*Limitatur tertio in extractis cartularij S. Georgij, num. 10.*

*Limitatur 4. in obligatione in forma Cam. n. 11.*

*Limi-*

*Limitatur quinto in eo, qui acceptauit soluere litteras cambij, num. 12.*

*Limitatur sexto in confessione, facta à moribundo, num. 13. Declaratur remissiuè, num. 14.*

*Confessio pecuniæ numeratæ tali die dicitur vera, ideoq; remanet solida, quamuis appareat, pecuniam non illa die, sed die tertia, vel quarta postea fuisse numeratam, num. 15.*

*Verba, de contanti, significant pecuniam numeratam, &c. num. 16.*

*Verba, contimi da lui; & verbum, contimi, quam vim habeant, num. 17.*

*Verba (solutis sibi ipsi) (cambiati in se stesso) (contisi à se) sub num. 17.*

*Monetæ data cambio, cuius sit qualitatis expressio non est necessaria, num. 18.*

*Cambium an sit licitum, si campario dentur merces loco pecuniæ, num. 19.*

*Pecuniæ non numeratæ exceptio, opposita ante lapsum biennium, transfert onus probandi numerationem in actorem, sub n. 1. Opposita verò post biennium est probanda ab excipiente, n. 2.*

*Hæc; exceptio an habeat locum solum in contractu mutui, vel etiam in quouis contractu rei mutuabilis, sub num. 2. vers. sed exceptio. & vers. seqq.*



**V**AERO primo, an exceptio non numeratæ pecuniæ possit opponi contra litteras cambij?

Respondeo affirmatiuè, quòd potest opponi, Bal. conf.

190. sempronius. sub num. 2. ibi, item ista priuata epistola. lib. 2. Affl. in constit. Neap. lib. 1. rubr. 40. vt magister iustitiarius &c. in constitut. causa. sub num. 10. Foller. ad Maran. in spec. par. 6. act. 6. princ. num. 53. vers. sed finge campforem. Io. Bapt. Cauat. tract. de camb. tit. de litter. vers. quæro an litteræ. fol. 224. & Rot. diuers. decis. 53. decisum fuit. vers. cæterum. in fine, in Rom. executionis litterarum cambij, lunæ 3. Iulij, 1589. coram bon. mem. Card. Mantica, inter impressas apud Marches. de commiss. par. 1. S. 2. num. 53. fol. 876. quia in litteris cambij continetur confessio receptæ pecuniæ, sicq; litteræ probant, campsarium confessum esse, se habuisse, Bal. vbi supra: sed ista confessio non probat numerationem, hoc est, non probat contractum naturalem, sed probat contractum ciuilem, vt in terminis mutui

scribit Alex. conf. 179. visa scriptura. sub nu. 2. lib. 2. vnde reus poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, qua opposita, actor numerationem probare compellitur, alias, si eam non probet, sequitur absolutio rei, l. 3. si ex cautione. C. de non numer. pecun. negatiuam ergo exceptionem, nempe; pecuniam non fuisse numeratam; reus probare non tenetur, sed sufficit ei exceptionem proponere, & in actorem transfertur onus probandi contrarium, l. 10. asseueratio. C. eod. † & hoc, dummodo reus exceptionem, seu querelam istam proponat ante biennium à die obligationis, alias, elapso biennio, potest quidem eam opponere, sed tunc tenetur ipse eam probare, l. 14. in contractibus. C. eod. nunc in nostro proposito; si ego fecerim tibi litteras cambij scutorum 100. soluendorum à Titio in ciuitate Venetiarum, & tu illas defers, & requiris Titium, vt soluat, & Titius illas non acceptat, & tu redis ad me, vt restituam tibi scut. 100. videtur dicendum, attenda regula, quòd ego possim opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, Bal. Affl. Foller. & Card. Mantica. in locis, supra proximè citatis.

Contra hanc communem regulam oppono, quia cambium est contractus emptionis, & venditionis, vel saltem non est contractus mutui, per ea, quæ secutus sum supra q. 4. num. 21. & num. 5. & seqq.

Sed exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum solum in contractu mutui, Gl. in l. 13. generaliter. in verbo, eamque. & Gl. 1. in l. seq. C. non num. pecun. Paul. de Castr. in d. l. generaliter. num. 1. Molin. de iust. tom. 2. de contract. disput. 302. vers. dixi supra. col. 222. & videtur communis.

Ergo exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in contractu cambij.

Respondeo huic oppositioni dupliciter. Primo, quòd contractus cambij habet admixtum mutuum, vt retuli S. præced. q. 5. sub num. 1. ergo cessat argumentum. Secundo respondeo, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ non datur contractui, sed datur rei, quæ sit mutuabilis, & sic, siue sit contractus mutui, siue sit alius contractus; dummodo agatur de re mutuabili, datur exceptio non numeratæ pecuniæ; aliquando tamen datur specialiter contractui mutui, & dotis, prout totam hanc responsionem latius explicatam habes per Salyc. in l. in contractibus.

etibus. num. 2. C. de non num. pec. & ita video seruari in praxi.

Retenta communi regula.

- 3 Amplia primo eandem regulam, vt procedat etiam si reus in ipso contractu, quo confessus est, se recepisse pecuniam, renūciasset exceptioni non numeratæ pecuniæ; quia ista renunciatio non tenet, cū reus eadē facilitate, qua sub spe futuræ numerationis præsumitur inductus ad confitendum, se habuisse, & recepisse, præsumatur inductus etiā ad renunciandum huic exceptioni, Cyn. in l. 3. si ex cautione. q. 2. sub num. 5. C. de non num. pec. & esse communem opinionem, sequitur Alex. d. conf. 179. num. 3. vers. & licet. lib. 2. & esse magis communem testatur, & sequitur Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 4. sub num. 3. licet contrarium per legem Regiam, quam citat, sit statutum, & ibi seruetur.

Restringe hanc ampliacionem, vt non procedat in renunciatione, facta ex interuallo, quia ea communi omnium consensu valida censetur; tunc enim non adest illa eadem facilitas renunciantis statim in cautione, siquidem maturè id deliberare potuerit, quod non itidem contingit, vbi eadem facilitate, qua confitetur, pecuniam sibi numeratam fuisse, exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciat, Couar. d. cap. 4. sub num. 3. vers. rursus & hæc. sed ego clarius dicere, quia contingere solet, vt is, à quo mutuum petimus, tunc præsentem non habeat pecuniam, & conuenit inter bonos viros, vt illi, promittenti citò numerationem, credamus, ideoq; non omittamus tunc facere ei promptam cautionem, etiam numeratæ pecuniæ, sic habita fide; alias si renuamus fateri, & renunciare, videremur ei nõ credere, sicq; ei quasi iniuriam facere; indeq; iustè timere possemus, ne indignatus discederet à proposito mutuandi; quæ omnia cessant in renunciatione ex interuallo, quia nec quisquā est adeo impudens, vt habuerit confessionem mutui, & non mutuauerit, & vltèrius quærat ex interuallo renunciationem exceptionis non numeratæ pecuniæ, nec aliquis est ita stolidus, vt, expertus fidem illius, hanc faceret renunciationem, si pecunia verè sibi numerata non fuisset; & cum hac ampliacione, & restrictione concordant quæ scribit Molin. de iust. tom. 2. de contract. disp. 302. vers. vtrum. col. 222.

- 4 Amplia secundo, vt habeat locum, etiam si reus se obligauerit per instrumentum.

in forma guarantigiæ, quia nihilominus poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, Mohed. decis. 3. alias 80. iohannes. sub nu. 1. & 2. de except. & Molina. d. disput. 302. vers. dubium est. col. 224.

- 5 Limita primo eandem regulam, vt non procedat, quando campfarius, idest, debitor, confessus esset in litteris cambij numerationem pecuniæ, vel saltem non diffiteatur, quia tunc non posset opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, Bal. conf. 190. sempronius. sub num. 2. lib. 2. & Foller. ad Maran. in spec. par. 6. act. 6. princip. num. 53. in fine, vers. sed finge cāpsorem. fol. 387.

- 6 Declara, explicando vberius hanc limitationem, vt in ciuitate Genuæ ex communi mercatorum obseruantia campfarius dicatur confessus numerationem pecuniæ in litteris cambij, quando in litteris sunt apposta illa verba, *per la valuta, hauuta de contanti*, vt in formula litterarum, quas posuimus initio huius §. 2. quia tunc dicitur probata solutio, & idem si diceretur, *de numerato*, Rot. Genuen. decis. 44. in fine; & idem ex dispositione capitulorum nundinarū Genuensium, nu. 14. quando in cedulis, quibus dantur pecuniæ ad cambium, & fiunt solutes in dictis nundinis, dicatur, *per la valuta hauuta*, quia eiusmodi cedulæ habent eandem vim, & vigorem, ac si realiter, & in pecunia numerata facta esset solutio; ideoque nec in iudicio, nec extra poterit opponi, solutionem non fuisse realem; quare cum, stantibus prædictis verbis, *per la valuta hauuta de contanti*. non sit locus exceptioni non numeratæ pecuniæ, mercatores, qui dant cambio, semper accipiunt litteras cum prædictis verbis.

- 7 Secus, si in litteris diceretur, *pro totidem cambiatis*, quia ista verba ex communi mercatorum Genuensium obseruantia non probant solutionem, quare si ego fecerim tibi litteras cambij, pro ciuitate Barchinonæ, soluendas Antonio nomine tuo, & dictæ pecuniæ soluantur Antonio vt supra, & in litteris sint apposta dicta verba, *pro totidem cambiatis*; & ego postea petam à te dictas pecunias, solutas Antonio vigore mearum litterarum, & tu recuses soluere, eo quòd asseras, fuisse à te mihi solutas in cōfectione litterarum, quia mercatores non faciunt litteras cambij, nisi pecunias recipiant; ego possum replicare, quòd feci litteras, spe futuræ numerationis, eaq; spe feci tanquam

- tuus debitor solui, Rot. Genuen. d. decis. 44.
- 8 Secus etiam si in litetris diceretur, *contia noi*, quia ista verba, secundum morem mercatorum idem importarent, quod verba prædicta, *cambiati in noi*. & ideo non significant numerationem, Rot. Genuen. decis. 104. solutione. sub num. 5. ego nihil dico, remitto me ad eorum peculiarem grammaticam.
- 9 Limita secundo, vt non habeat locum in ciuitate Genuæ, quando agitur executiuè vigore instrumenti publici, quia contra instrumentum publicum in iudicio executiuo reus nõ potest facere aliquam exceptionem, nisi solutionem, vel satisfactionem, etiam per viam compensationis, vel quitationem aut remissionem per instrumentũ publicum, vel aliam scripturam publicam, vel per extractum cartulariorũ S. Georgij, vel aliarum comperularum Reip. vel per scripturas priuatas creditoris, vel apodissam, scriptam, aut subscriptam per creditorem, sic disponentibus statut. Genuens. lib. 2. cap. 3. §. non possit. & sic non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.
- 10 Limita tertio, vt non habeat locum in extractis cartulariorum S. Georgij, quam limitationem habes infra §. 7. gl. 3. num. 33.
- 11 Limita quarto, vt non habeat locum in obligatione formæ Camerae iurata, & attentis facultatibus Auditoris Camerae, quia is, non obstante absolutione, & relaxatione à iuramento, procedit ad executionem, non admissa exceptione non numeratæ pecuniæ, Galles. ad form. camer. oblig. ad 4. partic. post 3. partic. num. 2. tom. 6. par. 2. fol. 356. Mohed. decis. 1. alias 31. & clarius decis. 3. alias 80. sub num. 2. & decis. 6. alias 285. licet. de except. & ita passim, nulla in hoc admissa difficultate, seruatur in Curia.
- 12 Limita quinto, vt non habeat locum in eo, qui acceptauit litteras cambij, sibi scriptas, vt eas solueret, quia mercatori, qui accessit, & promisit simpliciter, acceptando litteras, non competit exceptio non numeratæ pecuniæ, Rot. diuers. decis. 54. fuit resolutum. nu. 2. vers. ad tradita. in fine, in Rom. litter. cambij, ven. 11. Decembris 1602. coram bon. mem. Card. Arigonio, inter impressas apud Marches. de commiss. par. 1. §. 2. fol. 877. in vltima impressione.
- 13 Limita sexto, vt non habeat locum in confessione, facta à moribundo, quia in eo cessat spes futuræ numerationis, Bal. super feud. tit. de pac. constan. vers. vasalli nostri. il

1. sub num. 6. Felyn. in cap. 14. si cautio. nu. 54. fallen. 2. de fid. instr. Marf. in rubr. nu. 45. ff. de fideiuss. inter Repeten. tom. 6. fol. 507. Vrsill. in annot. ad Affl. decis. 110. vincetius. num. 5. Mascar. tract. de probat. conclus. 359. limit. 2. num. 20. & conclus. 361. num. 34. & alij, quos sequitur Mancin. tract. de confes. cap. 2. limit. 7. num. 167. & cap. 8. nu. 41. adde quæ scribunt Cyn. in l. 14. in contractibus. q. 5. num. 8. & Paul. de Castr. num. 5. C. de non num. pecun.
- 14 Declara istam limitationem, prout declarat Felyn. vbi supra, quem sequitur Mascar. d. concl. 359. sub num. 20. vers. intelligas. & concl. 361. nu. 35. & Mancin. d. cap. 8. n. 42.
- Reliquas ampliaciones, & limitationes huius regulæ omitto, cum nostro instituto sufficiant istæ.
- 15 QVAERO secundo. Ego facio tibi litteras cambij hac die prima Octobris 1618. in quibus confiteor, me habuisse à te pecunias huius cambij in cartulario S. Georgij, & tamen in cartulario S. Georgij non apparet, solutionem fuisse mihi factam die 1. Octobris, sed die 4. Octobris, sicq; post litteras; nunquid ego potero excipere de non numerata pecunia, & de erroneis litteris, cum probeatur, solutionem non fuisse factam ante diem contractus cãbij, vel saltẽ in die contractus, vt dicitur in litteris, sed postea, & cõsequenter illæ litteræ sint inutiles, quoad cambium?
- Respondeo, quòd litteræ sunt bonæ, habebunt executionem paratam, & ego non potero opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia verum est, quòd pecunia fuit mihi numerata, & licet fuerit numerata quarto die post contractum, tamen est, ac si fuisset numerata in ipso contractu, vt in fortioribus terminis contractus census secutus sum supra gl. 5. num. 7. 63. & 64. & solet fieri contractus etiam cambij, ac si numeratæ forent pecuniæ, licet numeratio sequatur aliquot dies post, vt patet ex cambio, de quo in decis. 60. in disput. nu. 2. & decis. 61. domini. impressis apud Marches. de commiss. par. 1. §. 2. fol. 883. & 884. & ex cambio, de quo infra §. 7. gl. 3. sub num. 16. & num. 28. nam quid interest, quòd pecunia sit soluta illo die, vel post paucos dies, dummodo appareat de solutione? si enim ego feci litteras, quibus spe futuræ numerationis confessus sum, me habuisse pecunias, adimpleta est spes, & ideo non potest opponi defectus spei.
- 16 QVAERO tertio, quid aliud vltra exclusionem



tionem exceptionis non numeratae pecuniae, importent haec verba, *de contanti*?

17 **R**espondeo, quod importat solutionem in pecunia numerata, & non in alia specie rerum, nam appellatione pecuniae veniunt omnia, ut dixi §. praeced. quaest. 7. par. 1. num. 14. sed quando dictioni, *pecuniae*, additur, *numeratae*, tunc veniunt soli nummi, Fab. de Mont. tract. de emp. & vend. q. 5. princip. sub num. 20. tom. 6. par. 1. fol. 52. & ideo, apposita hac dictione, campfor dicitur probasse, se dedisse nummos ad tollendum difficultatem, de qua infra num. 19.

17 **Q**VAERO quarto, quare in hac formula litterarum dicatur, *contami da lui*, & in formula litterarum recambij, de quibus §. praeced. q. 5. num. 91. ponatur simpliciter verbum, *contami*.

**R**espondeo, quia in cambio cum recurfa, in quo creditor solvit sibi metipso tractam, in se factam a suo debitore, iuxta formulam litterarum, de quibus supra d. q. 5. num. 88. vers. a pagamenti, & num. 89. vers. magnifico hon. come. accipit cambio a seipso, nomine sui debitoris, & sic dat cambio sibi ipsi,

## §. 2. Glos. 9.

*Ponete à nostro conto.*

### S V M M A R I V M.

*Solvens debitum alienum ex mandato debitoris cum ordine, ut solutionem ponat ad computum debitoris, quid facere debeat, num. 1. Et soluenti de simplici mandato debitoris sine ordine ponendi ad computum debitoris, & soluenti cum praefato ordine, qualis acquiratur actio, num. 2. 3. & 4.*

*Mandatarius, cui mandatur, ut soluat ad computum mandantis, vel mandatur simpliciter, ut soluat, non solvit super protestum, num. 5.*

*Litterae cambij an obligent, num. 6. & 7.*



**Q**VAERO primo quid significant haec verba, *ponete à nostro conto*?

**R**espondeo, quod debitor, mandando alicui, ut soluat ad computum ipsius ma-

representanti suum debitorem, qui accipiat, quare gerit suam propriam personam, & representat etiam personam sui debitoris, unde, cum soluat ipse sibi ipsi, dicit, *valuta contami*, id est, pro valore pecuniae, quam mihi ipse solvo; haec enim verba, *solutis sibi ipsi*, contenta in litteris cambij, nihil aliud important, quam, *cambiati in se stesso*, quasi dixerit, *contati a se*, Rot. Genuen. decis. 32. cum alias. sub num. 3. & quomodo, & quo iure possit representare duplicem personam, vide quae scripsi infra §. 6. gl. 1. num. 25. in tertia fictione.

18 **N**ota obiter ex eisdem verbis, *per la valuta*, &c. non esse necessarium, quod in litteris cambij fiat mentio specifica de qualitate monetae, quae datur accipienti ad cambium, quia potest dari aurea, vel argentea, vnius, vel alterius loci, seu Regni, secundum satisfactionem campforis, & campsuarij.

19 **Q**VAERO quinto, an campfor possit campsuario loco pecuniae dare merces?

**R**espondeo, quod non, quia non esset cambium, per ea, quae scripsi §. praecedenti, q. 7. par. 3. limit. 19. vbi videas.

dantis, ex tunc, secuta solutione mandata, constituit se debitorem illius mandatarij; verum mandatarius, dum solvit, duo debet observare: primum debet a creditore, cui solvit, habere liberationem debitoris mandantis: secundum, volens ex hac solutione liberatoria sibi acquirere obligationem contra mandantem, debet iuxta mandantis ordinem eum pro debitore ponere in suo libro.

2 **Q**VAERO secundo, an mandatario, soluenti de ordine mandantis, remaneat mandans obligatus, etiam si mandauerit sine praedictis verbis: *ponete à nostro conto*. & proinde haec verba sint potius ad abundantem cautelam, quam ut aliquem operentur effectum.

**R**espondeo distinguendo: Aut quaerimus, an remaneat obligatus actione mandati; & dico, quod sic, & quoad eiusmodi obligationem haec verba sunt omnino superflua, ex quo mandatarius habet actionem mandati contrariam aduersus mandantem, eo ipso, quod solvit de mandato ipsius mandantis, l. 16. si quis mihi. & l. 45. si mandauero. ff. mand. † Aut quaerimus, an remaneat obligatus

gatus ex expressa, & liquidata obligatione, & dico, quod non, nisi in mandato adsint ista verba, *ponete à nostro conto.* & ideo non stant otiosa, sed cum misterio, vt mandatararius habeat expressam obligationem, quæ est efficacior ea, quæ resultat ex lege.

4 Infero ex hoc, quod, stante statuto, quod obligatus per scripturam manu propria confectam, possit conueniri executiuè, iste poterit conueniri executiuè, quod non esset, deletis istis verbis.

5 QVAERO tertio, an iste mandatarius possit in casu istarum litterarum soluere super protestu honore litterarum?

Respondeo, quod non, quia illa acceptatio, & solutio super protestu litterarum potest applicari solum casui, in quo scribens litteras, mandat alicui, vt soluat, & ponat ad computum alterius, vt puta, quia dicat, *ponete sopra Pietro;* idest, retineatis pro ista solutione obligatum Petrum; quia isto casu mandatarius, si nolit contrahere obligationem aduersus Petrum, sed velit præter ordinem scribentis retinere obligatum ipsum scribentem, debet acceptare, & soluere super protestu, vt latius scripsi supra gl. 5. num. 358. non autem potest applicari casui, quo scribens mandat, vt soluat, & ponat ad computum ipsius scribentis, seu simpliciter mandat, vt soluat, quia isto casu sine dubio absque alio protestu retinet obligatum scribentem.

6 QVAERO quarto, an litteræ cambij indistinctè obligent?

Respondeo, distinguendo duas inspectiones.

Prima inspectio est; an obligent facientem litteras: & in hac inspectione subdistinguo duos casus. Primus casus est, quando litteræ cambij loquuntur dispositiuè; & isto casu, dico, quod obligant, si subiecta materia patitur, Bal. in rubr. nu. 12. vers. modo quæro. C. de constit. pecun. & Foller. ad Maran. in spec. par. 6. act. 6. princip. num. 46. vers. hoc in loco. fol. 385. exemplificans litteras dispositiuas, *pagarete al portator di questa ducati cento per altritanti riceuuti.* Secundus casus est, quando loquuntur enunciatiuè; & hoc casu dico, quod non obligant, seu non disponunt, sed solum probant, Bal. & Foller. in locis supra proximè citatis; hacq; eadem distinctione in alio proposito vsus sum supra gl. 5. num. 450. limit. 1. vbi videas pro maiori intelligentia.

7 Secunda inspectio est; an obligent mercatorem, cui litteræ sunt directæ: & distinguo similiter duos casus. Primus est, quando iste mercator acceptat litteras, & nulli dubium, quod, facta acceptatione, remanet obligatus, Foller. vbi supra, & in fortioribus terminis scripsi sup. gl. 7. num. 76. restrict. 2. Secundus est, quando non acceptat, & similiter nulli dubium est, quod tunc non obligant, Foller. ibidem; nam neminem cogi inuitum suscipere mandatum, dixi supra gl. 5. sub num. 366. vers. quia respondeo. mandato autem non suscepto, non potest agi de aliqua obligatione.

§. 2. Glos. 10.

*Pietro à Titio. Piacenza.*

**S V M M A R I V M.**

Scribere, & subscribere litteras cambij, vel subscribere solum, idem est, num. 1.

Nomen mandatarij, à campsario debitore appositum in subscriptione, campsor creditor delere, & aliud apponere non potest, & hac est regula, num. 3. Ampliatur primo, vt delendo possit teneri de falso, num. 4. Ampliatur secundo, vt delendo, seu mutando, non possit aliud consequi, quàm capitale, num. 5. Ampliatur tertio, vt amouens teneatur etiam ad interesse, quod ex illa amotione debitor passus esset, num. 6. Declaratur primo eadem regula, vt

*non procedat, si nomen illius mandatarij fuisset appositum gratia solius creditoris, num. 7.*

*Declaratur secundo, vt, si campsarius debitor litteras dederit sine superscriptione, possit campsor creditor illud inscribere, &c. num. 8. Subdeclaratur, num. 9.*

*Placentia est ciuitas, in qua Genuenses exercent nundinas cambiorum, num. 10.*



1 QVAERO primo quis ex cōtrahentibus sit iste Petrus, qui subscribit litteras cābij? Respondeo, Petrus est ille, qui accipit cambio à Francisco in ciuitate Genuæ, & ideo ipse subscribit litteras; quibus validè remanet obligatus, & tantum est, quod scribat,

bat, & subscribat, quantum, quod subscribat solum, per ea, quæ latè scripsi in meo tract. de iud. caus. &c. lib. 2. cap. 1. r. nu. 546. 547. 568. & 821. & in proprijs terminis disponunt statut. Genuen. de quibus infra, §. 7. glos. 2.

2 QVAERO secundo, quis ex contrahentibus sit iste Titius?

Respondeo, Titius non est ex contrahentibus, sed est mandatarius ipsius Petri, qui mandat ei, vt soluat Francisco, & ideo ei scribit, & ad eum dirigit litteras, ponendo dicti Titij nomen in superscriptione litterarum, more solito.

3 QVAERO tertio, an creditor ex cambio, datus sibi à debitore litteris cambij, solvendis sibi ipsi creditori, possit à litterarum superscriptione amouere nomen eius, cui debitor mandat vt soluat ipsi creditori; & vltorius, an possit alium mandatarium in eis apponere?

Respondeo, constituendo regulam negatiuam, quod non potest: & moueor ex duobus: Primo, quia in contractu cambij non est licita poenitentia, per ea, quæ in casu minus dubio scripsi supra gl. 7. num. 77. & maximè in casu isto, in quo ex illa mutatione posset oriri non leue præiudicium debitoris, tum quia alius, quem creditor apponeret, forsan eas non solueret, & sic litteræ redirent cum protestatione, tum quia ille, cui debitor scriberet, posset forsan esse suus debitor, & hac via consequeretur ab eo solutionem, siq; multipliciter illa mutatio potest ei esse damnosa: Secundo moueor, quia, data hac facultate mutandi mandatarium debitoris, inscio debitore, detegitur, intentionem eorum fuisse non contrahendi cambium, sed mutuum, & sic esset cambium fictum, quia contraheretur ea intentione, vt non solueretur in loco, pro quo simulatè fit cambium, per ea, quæ in alijs terminis secutus sum §. præced. ampl. 17. n. 10. 11. & 12.

4 Amplia primo hanc regulam, vt in tantum sit vera, quod creditor, mutando hoc nomen, posset teneri de falso.

5 Amplia secundo vt, si mutauerit, consequi non possit interesse cambij, seu non factæ solutionis.

6 Amplia tertio, vt in tantum abstinere debeat ab ista mutatione, vt si mutauerit, & ex illa mutatione debitori ortum sit aliquod interesse; vt puta, quia ille mandatarius esset debitor ipsius debitoris, & postea sit ef-

fectus non soluendo, vel quid simile, creditor teneatur de toto illo interesse.

7 Declara primo, restringendo eandem regulam, vt non procedat, quando debitor, gratia creditoris, posuisset in specie illum mandatarium, & alium, quem volebat ponere, omisisset, quia isto casu creditor posset forsan illum amouere, & omissum ponere.

8 Declara secundo, vt si debitor fecerit litteras cambij, easq; tradiderit creditori sine aliqua superscriptione, possit creditor ex se superscribere nomen alicuius ex negotiatoribus cambiorum in ferijs, quia debitor videtur facto declarare, quod caret procuratore in nundinis, & quod propterea recurrit ad ipsum creditorem, vt faciat sibi litteras; quod cambij genus dicitur cum recursa, vt sæpè supra, & infra diximus in diuersis locis, hancq; declarationem vidi plurimum mercatorum testimonio confirmatam, vt patet ex tenore sequentis fidei.

*Noi infra scritti, trattanti in negotij de cambij nelle fiere di Piacenza, facciamo fede, come si suole far molte lettere di cambio dalli debitori de cambij, sottoscritte da essi, con lasciare il sopra scritto, & la persona, alla quale sono dirette, in bianco, ad elezione del creditore, & tali lettere, aggiuntoui dal creditore, qual si vogli nome di trattante in fera per la directione ad essi nel sopra scritto, hanno la sua reale, & intiera effecutione, ne più, ne meno, come se l'istesso debitore vi hauesse egli fatto lo sopra scritto, con indirizzarle al suo procuratore, ò à qual si vogli à sua elezione.*

*Di più facciamo similmente fede, come mentre si trouano lettere di cambio, fatte, & sottoscritte dal debitore, e date al creditore, che siano state dirette al procuratore dell'istesso debitore, e che nel sopra scritto si troui cancellato esso nome di Procuratore, & variata la directione ad altro, che la paghi, tale variatione non impedisce, che le dette lettere non habbino la loro effecutione, come legitimamente fatte, attendendosi la sottoscrizione del debitore; & per esser così lo stile, & offeruanza in testimonio della verità habbiamo firmato, e sottoscritto la presente di nostra propria mano. In Genoua à 27. di Maggio 1614.*

*Io N. affermo quanto sopra è dichiarato di propria mano, rimettendomi &c.*

*Io N. dico hauer più volte visto, che quì in Genoua si dan lettere di cambio per Piacenza, con il sopra scritto in bianco, & in espeditione di fera, ò in essa fera si fan dirette, ò al*

Procuratore, ò ad altri, & hanno l'istesso vigore, come se il soprascritto se gli fusse fatto subito, non essendo anche dubbio, che la forza delle Cedula de cambij consiste nella firma, e non nel soprascritto stante, son del sudetto parere di man propria.

Io N. sono del sudetto parere del Sig. N. soprascritto in tutto come sopra.

Io N. al presente Consule delle fiere di Piacenza dico il medesimo in tutto come sopra.

Io N. faccio l'istessa fede delli retroscritti Sig. NN. & in particolare quella del Sig. N. di mia propria mano. dico del Sig. N. perche hauendo dato simili lettere di cambio, & riceuutone, con quali hò sodisfatto il pagamento, & similmente riceuutolo, senza contraddittione alcuna.

Io N. faccio l'istessa fede delli nominati, & in particolare quella del Sig. N. di man propr.

Io N. son dell'istesso parere, perche non è dura cosa, che sia variato à chi è diretta la lettera, che la sottoscrizione è quella, che obliga, & à me è occorso dar à cambio, & hauer riceuuto le lettere col soprascritto in bianco, & hauerlo variato da chi prima era stata diretta.

Io N. son dell'istesso parere di man propria.

Io N. son dell'istesso parere.

9 Subdeclara hanc declarationem, quòd etsi in rigore iuris videatur absolutè vera, prout in ea continetur cambium cum recurfa, quod esse licitum firmaui inf. §. 6. gl. 1. n. 21. & seqq. & n. 88. tamè in iudicio contentioso, cū debitor recognouisset manū suam,

& debitum non negasset, sed allegasset solum, nomen in litterarum superscriptione fuisse appositum à creditore, ipso debitore inscio; vidi in facto seruatum, etiam de consensu creditoris, quòd debitor condemnaretur solum ad capitale sine interesse cambij, & ita fuit tūc intellecta relata mercatorū fides.

Ratio huius subdeclarationis est, quia cum cambium cum recurfa propter affinitatem, quam habet cum mutuo, sit inter cætera cambia valdè suspectum de vsura; debet seruari solum in terminis, in quibus toleratur: sed toleratur solum, quando procurator, seu mandatarius apponitur de expressa debitoris voluntate; quia, non expressa voluntate debitoris, vtique cambium videtur ficcum, siquidem apparet euidentius, quòd debitor non habet vnde soluat, nec intendit soluere in nundinis, quo casu cambium est ficcum, per ea, quæ dixi §. præced. q. 7. par. 2. ampl. 17. num. 10. 11. & 12.

10 QV A E R O quarto, quis locus sit Placentia, ad quam diriguntur istæ litteræ cambij?

Respondeo, Placentia est Ciuitas in Lombardia, ob eius excellentiā satis nota, in qua mercatores Genuenses hodie faciunt nundinas nummarias cambiorum, & ad illas destinantur solutiones per diuersas Orbis terrarum partes, & ideo destinata est etiam solutio litterarum cambij, de quo agimus, vt latius explicauimus supra glos. 4. num. 7. & non repeto.

### §. 3. Glos. 1.

1614. à 27. Ottobre, In Genoua.

Magnifico hon. In cotesta fiera de Santi vi rimetto, &c.

S V M M A R I V M.

Verbum, rimettere, in negotio cambiorum quid significet.



AE sunt litteræ, quas vocant, d' auiso, scriptæ à creditore, qui dedit cābio, eamq; formulam habes per extensum supra §. 1. num. 77. vers. magnifico. † & hæc ver-

ba, vi rimetto. conueniunt creditori, qui remittit, seu transmittit pecunias ad alium locum; & proinde secundum communem mercatorum loquendi vsum, dans pecunias cambio, vt earum valor sibi alio soluatur in loco, dicitur tunc semper remittere; huncq; terminum pro intelligentia casus, de quo est acturus, supponit Nauar. conf. 31. reuerendis. vers. antonio da. lib. 5. de vsur. & scribunt Alex. Rauden. in opusc. super banc. S. Ambr. num. 37. & Io. Bapt. Cauat. tract. de cāb. in prælud. q. 2. fol. 212. estq; apud cābij negotiatores, aliosq; viros, huius negotiationis cognitionem habentes, adeo notus, vt Rot. Genuen. passim in diuers. decis. quas in hoc citare, est superfluum, & Bonins. tract. de camb. cap. 4. in pluribus locis, isto loquendi genere vtantur, & nunquam hoc loquendi